



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Examen Confessariorum Repetitum**

**Schoonaerts, Gregor**

**Coloniæ Agrippinæ**

**VD18 14542323-001**

Caput II. De Baptismo, & Confirmatione.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41226**

## C A P U T II.

*De Baptismo, & Confirmatione.*

Propria regenerationis materia est aqua vera,  
 & naturalis, sicut & illa, quæ ex sacratissimo  
 Salvatoris latere ad nostra diluenda peccata  
 emanavit.

Unica ablutio ad valorem hujus Sacramenti  
 sufficit.

Ut quis supernaturaliter regeneretur, debet  
 primò ex matris utero esse natus, nisi pars notabi-  
 lis corporis humano modo tangi, & ablui possit.

Ad hujus Sacramenti valorem requiritur, ut  
 is, qui adhibet formam, idem quoquè præbeat  
 materialm.

Baptismi defectum supplet martyrium in par-  
 vulis, votum suscipiendi, si desit opportunitas,  
 in adultis.

Confirmationis materia est oleum, ac balsa-  
 num, ejusque ab Episcopo facta benedictio, non  
 sola manuum impositio. Hujus Sacramenti insti-  
 tutionem malè negavit Isidorus Mercator, & im-  
 pudenter elusit Kemnitius calumniator.

## C A S U S II.

*Illustrissimus Indiarum Apostolus Franciscus  
 Xaverius, Franciscum Henricum conquerentem  
 de exiguo apud infideles fructu, cum propter gentem  
 idolis addictissimum, tum propter barbariem Regis  
 acerbissime Christianos insectantis, blandè est con-  
 solatus, quod plūs, quam putaret, proficeret, infans  
 invito veroque parente, (ut non levis est con-  
 jectura)*

jectura) diligentissimè conqueritos cælo pariendo.  
Supposito facto: Quæritur de jure, an Viri pra-  
dicti hoc practicando, & generaliter etiam, an  
filii infidelium merè politicè Catholicis subjectorum  
Principibus illicitè baptizentur?

R. Neg. Si quæ enim sit Ratio in oppositum,  
desumenda erit à jure patriæ potestatis, cui de-  
berent subtrahi infantes nondùm rationis usum  
adepti, ne alias subversionis periculo expone-  
rentur. Porrò hæc ratio duplixi pede claudicat.  
Primò, quia etsi non abstraherentur ab educa-  
tione parentum, periculum subversionis abundè  
compensatur per hoc, quod plurimi moriantur,  
antequam sinistræ instructionis sint capaces.  
2. Nego, quod potestas patria tam latè extenda-  
tur, ut propter bonum religionis, & parvulo-  
rum salutem irrationaliter inviti, ac jure abu-  
tentis suo, patriæ potestatis usu, & executione  
privari non possint.

### C A P U T III.

#### *De Eucharistia.*

**I**N Sacro - sancta consecrata Hostia totus est  
Christus, totus pariter in qualibet Hostiæ sen-  
divisæ, seu non divisæ parte, quamvis hoc ulti-  
mum authoritate Concilii Tridentini non sit  
definitum.

Sufficiens forma corporis est hæc: *Hoc est  
Corpus meum: Sanguinis verò: Hic est Sanguis  
meus, vel: Hic est Calix Sanguinis mei.*

Ma.